



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Cohabitatione Clericorum & mulierum. Tit. 19

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

luit contra morem Orientalium, Gregorius VII. lib. 8. epist. 10. scri-  
bit: *Probrosum valde erat Episcoporum barbam colere.* Ideo Krantzius  
refert excuntibus Danis contra Vandalos, Eschilum Landia Metro-  
politana se illis junxisse promissa barba, testificatum peregrinatio-  
nem longinquam. lib. 1. *Vandalia cap. 30.* Hæcyox, radat, sublata,  
ne ingeniis malignis abrasionis damnandæ superesset ansa; quæ tamen  
sancta est: Cum venerandum Christi corpus ita sumatur liberius; ut  
in Ordinis Cisterciensis institutus referrur.

Simili mente in d. c. Clericis. 7. hic. hæc vox, *barbam*, rejici-  
enda est, quæ spuria, & à compilatione prima abest. *Cironius in parat.*  
*Decret. ad h. tit.*

## TITULUS XIX.

### De Cohabitatione Clericorum & Mulierum.

#### SUMMARI A.

- |  |  |
|--|--|
| 1. <i>Frequentia &amp; Cohabi-<br/>tatio mulierum Clericis<br/>interdicta.</i> | 6. <i>An differat hic Jus Ca-<br/>nonicum à Civili.</i>  |
| 2. <i>Conversatio cum suspe-<br/>ctis.</i>                                     | 7. <i>Olim Concubina, &amp;<br/>de Jure Canonico habita<br/>pro uxoribus.</i>                            |
| 3. <i>Concubinis. An Lai-<br/>cis.</i>   | 8. <i>Secundum Concil. Tri-<br/>dentinum quomodo pro-<br/>cedatur contra Concu-<br/>binarios Laicos.</i> |
| 4. <i>Cum Focariis. Quæ<br/>ille.</i>  | 9. <i>Clericos.</i>  |
| 5. <i>Quid circa has &amp;<br/>cubinas statutum hodie.</i>                     | 10. <i>An contra hos pœna<br/>juris</i>  |

Kk k k

juris

*vinus  
sonus  
Ecclesiæ*

*IV  
Z*



- juris communis adhuc habent locum. Sic.*
11. *An videntur ipso jure suspensi. Sic.*
12. *An ipsa Concubina possint excommunicari. Sic.*
13. *An contra Clericos hos requiratur monitio trina.*
14. *Depositionis pena an obtineat.*
15. *In causa criminali an sufficit nudum inveniri cum nuda.*
16. *An salva conscientia quis a Clerico Fornicanti Sacramenta recipere, Missam audire, possit.*
17. *Clerici in actu confessionis sollicitantis ad turpia que pana.*
18. *Incontinentes a quibus puniri possint.*

**P**recedentis tituli pars & sequela est hic, ut pote in quo etiam de *vita & honestate Clericorum* agitur; quæ in *castitate & continentia* maxime consistere debet. *c. ut Clericorum de vita & honest. Clericor.*

Interdicitur propterea *frequentia & cohabitatio mulierum*, ut potius maxime periculosa; *can. oportet. dist. 81. can. definimus. 21. 18. q. 2. c. mulieres. de judic. in 6.* femina enim conscientiam secum pariter habitantis exurit, *can. hospitium dist. 32.* aded ut non excipiantur ea cum quibus aliquam fœdæ, (seu, ut legit Cujacius, *scava*, id est, *sinistre*) suspicionis notam inuri fœdus naturale non patitur. *c. 1. bis. in quo antiquis derogatur Canonibus, qui conjunctas personas semper exceperunt. can. interdixit. dist. 32. can. 3. Synodi Niceni. Synodus Iuliana IV. can. 42.* inquit, *Cum Clericis extranea femine nullatenus habitent id enim & constitutio antiquorum Patrum decrevit Et can. 4. Novell. 129. cap. 29. Novel. 137. cap. 1. c. eum qui 19. C. de Episcop. & Cleric. c. prohib. Quod tamen ita intelligendum, quotiens ratione consanguinitatum nascitur; suspicio aliqua putâ ex ancillis & earum comitibus*

CORV  
De Pe  
et Benef

G



pedissequis; nec enim alio sensu intelligendum d. c. 1. eod. vide Theodulph. Aurelianen. Episcop. in Capitul. cap. 12. Unde de D. Augustino legitur, quod ne quidem cum sorore habitare voluerit, dicens: *Quae cum sorore mea sunt sorores meae non sunt. can. legitur. 25. dist. 81. vid. Passidon. in vita D. Augustini cap. 26. Hincmar. Remens. opuscul. 48. Raber. Veronens. Episcop. de contemptu Canon. parte 1.*

Sin autem ex his Clericus sacris initiatus indigeat aliquâ, habeat eam in vico aut in villa, longè à sua conversatione, & indeci, quae sunt necessaria, subministrer. d. c. 1.

Alioqui Clericus sacris initiatus, cum mulieribus suspectis conversationem habens, si ab earum colloquio & consortio ter admotus non abstineat, excommunicandus est, femina verò canonicè iudicanda. c. 2. hic.

Concubinas etiam execratur jus Canonicum in Clericis, scilicet Presbyteris, Diaconis & Subdiaconis: c. Clericos. 3. cum seqq. c. fin. ead. can. prater. dist. 32. Licet Laicis quibusdam conditionibus permittentur; si uterque esset solutus, si intercessisset fides, quod non iungentur alteri, neque à liberorum abstinerent procreatione, & si usque ad mortem in conjunctione vitæ proponerent manendum: Eodem modo D. Augustinus aliquatenus esse nuptias dicebat. can. soler. 32. qu. 2. exemplo juris civilis, l. 3. ff. de concubin. l. 3. C. de natur. liber. can. 15. qui cum seq. dist. 34.

Nec solum Concubina prohibetur Clericis, sed & omnis fornicatio, c. sicut. c. super cum seq. hic. quam quidam subintroductam mulierem dici voluerunt in d. can. interdixit. Archidiacon. in can. nullus. dist. 32. & hanc alii, quae libidinis causa intus retinetur, hoc est, quae non in luce, & oculis civium, sed intus in domo habetur, juxta illud Ciceronis ad Atticum. Jam verò, o Dii boni, rem perditam etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum nobilium introductiones nobis iudicibus pro mercede cumulo fuerunt. Anastas. German. libr. animadvers. cap. 15. in fin. sed male; Nam subintroducta dicebatur omnis extranea persona, quae non vero & competenti affinitatis vinculo iugebatur: Sic intelligit ορειο αυτος γυναικα can. 3. Synodi Nicæna.

Quae subintroducta saepius erant puellae, quas Clerici studio, Kk kk 2 aut

vinus  
sonus  
Ecclesiam  
IV  
Z



aut potius prætenu, pietatis fovebant, à quibus tamen non abest  
 fordis suspicio, ut testatur D. Chrysostomus in serm. contra eos, qui  
 hab. mulier. *οὐκ ἐστὶν ἀγία*. Hieronymus libro ad Rusticum. de vivendi forma.  
 Has & sub Sororiae appellationis confortio habebant. d. l. cum qui  
 simili fere sensu, quo apud Petronium Arbitrum illud genus mulierum  
 forores dicuntur, & apud Martialem. *Quare non habeat Fabola  
 quæres Uxorem Themison, habet Sorores.* Has & ἀγαπητὰ dicebant  
 à charitate nomine accepto, quasi spiritali amore essent conjunctæ.  
 D. Hieron. epist. ad Oceanum. Nec tantum fuere ἀγαπητὰ, sed etiam  
 viri ἀγαπητοί, qui cum Diaconissis habitabant: Quos ejecit Imp. Ju-  
 stinianus Novel. 6. ut est apud Julianum Antecessorem *consilii. 3. Co-  
 nius in parat. adh. tit.*

5 Omne illud genus fraudis abegerunt Constitutiones Patrum  
 maxime Concilium Tridentinum. *sess. 25. de reformat. cap. 14.* in  
 verbis: *S. Synodus quibuscunque Clericis, ne concubinas aut alias mulie-  
 res, de quibus possit esse suspicio, in domo vel extra tenere, vel cum  
 ullam consuetudinem habere audeant. &c. ubi, quod notandum, con-  
 cubinas dicit retentas in domo vel extra, & quod etiam consuetudo  
 quibuscunque de quibus haberi possit suspicio, interdicti possit.*

Sic & Leo X. in *constit. quam refert Peer. Mat. lib. 5. tit. 16.*  
 1. *S. publici* inter concubenarios publicos refert, qui mulierem de  
 continentia suspectam & diffamatam tenent; & per Superiorem suam  
 admoniti, ipsam cum affectu & effectu non dimittunt: &c. 2. *hic. Ca-  
 ricum* excommunicari, & mulierem canonicè judicari jubet: Sic  
 loquitur *l. miles 41. §. mulier. 1. ff. de testam. milit.* ut mulier, in qua  
 turpis suspicio cadere potest; nec ex testamento militis aliquid capere  
 possit: Similiter dictum Trident. Concil. *sess. 24. de reformat. matri-  
 monii. cap. 8.* dum statuit de Laicis pro concubinis domi retentis, utitur ve-  
 bo, *ejecerint*; pro aliis, *se ab earum conjunctione sejunxerint*: quod  
 utrumque, nè ut Concubinarij, excommunicatione ibi præscripta  
 niantur, facere tenentur: & si per annum sint contumaces, ad  
 trium Ordinarij, iis, ut Concubinariis publicis, gravis, etiam re-  
 tente nullo, indicitur punitio: mulieribus, (non viris. *S. Concilii*) si videbitur Ordinatio, extra oppidum, & Diocesim re-  
 gis

CORV  
 De Pe  
 et Benef

G



quis. *oid. Azor. Inst. Moral. part. 3. lib. 3. cap. 6. Zypaus. in Analyfi jur. Pont. noviss. hoc tit. num. 3. 4.*

Quare licet de Jure Civili, ut quis dicatur Concubinarius necessesse, ut concubina, quadantenus instar Uxoris, sit retenta domi: *Gloss. in d. l. concubinam. c. de concubin. de Jure tamen Canonico, Azor. Inst. Moral. part. 2. lib. 2. cap. 6. qu. 4. Cujac. lib. 5. observ. 6. circa fin.* sufficit, quod, etsi habeatur foris, cum ea solitus sit commisceri carnaliter; si quidem constet de consuetudine, & in sua vel Concubina vicinia sit diffamatus. *Diaz. in praxi crim. can. cap. 73. & Rota 27. Jan. 1597. ut refert. M. Anton. Gen. in praxi. 31.* Differentia utriusque Juris ratio est: Quod Canonicum corrigendi peccati spectat materiam, ea autem in utroque est usu: Jus Civile considerationem habet politicam, ut Concubina quadantenus imitetur uxorem, atque quasi Matris familias sit umbra. Quod in ea quæ est foris, non est: adeoque ex Concubina natos dignos censet, qui legitimentur matrimonio subsecuto; non secuto vocantur naturales: quorum neutrum est in aliis. *Zypaus d. loc. num. 6.*

Quin & olim in Ecclesia tanta fuit matris familias & concubinae similitudo; ut Jure legitima uxores, non tamen ductæ solemniter, & quæ, non propter familiam, sed servitia habeantur, vocarentur Concubinae. Quo sensu accipiendus D. Augustini locus, ubi concubinam habentes, non vult arceri ab altari; nec non *d. can. 15. qui can. Christiano: dist. 24.* ubi à Concilio Toletano & à B. Isidoro uxorem non habenti permittitur habere concubinam. Verus enim concubinatus prohibitus est dicitur in *can. denique verius. can. audite. dist. 34. can. prapue. 11. qu. 3. can. concubina. 32. qu. 2. can. dixit nemo. 32. qu. 4.* & divina prohibetur Lege omne fornicationis crimen, & sub pana mortalis peccati evitantur necessarii; Leo X. *in d. constit. §. & cum.* qua Ordinarius mandatur, ut contra omnem fornicationem in Clericis & Laicis, conjugatis & solutis, animadvertant.

Procedendi formam contra Laicos Concubinarios Concilium Tridentinum, *sess. 24. cap. 8. sess. 25. cap. 14.* dat; ut primò ter moneantur ab Ordinariis, etiam ex officio: Secundo, si hoc peracto, non respicerent, esse excommunicandos: Tertio, si indurato animo sic

INUS  
SONUS  
Ecclesiast  
IV  
Z



fic steterint per annum, pro criminis qualitate ab Ordinario puniantur severe. *sess. 25. cap. 3. in ult. reform.* Quarto, Mulieres publicæ ruerint, extra oppidum & dioecesim eiciantur; invocato ad hoc, si opus fuerit, seculari brachio. *Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. Concilii narii.*

9 Quoad Clericos, personasque Ecclesiasticas, relictis penis à jure antiquo observari solitis, à Concilio Tridentino *sess. 25. de reform. cap. 14.* poenæ statutz *Beneficiatis.* 1. Ni, à Superioribus moniti, abstineant à concubinis, ut parte tertia fructuum pensionum beneficiorum quorumcunque ipso facto priventur: 2. In eodem delicto cum eadem, vel alia femina perseverantes, & secunda moniti non parentes, ab Ordinario præterea, prout ipsi placuerit, ab administratione beneficiorum suspendantur. 3. Suspensi, si non abneant, beneficii & pensionibus omnibus priventur: 4. Earum commissarum consortium repetentes, aliasve scandalosas adjunctes præterea, excommunicentur. 5. Omnium dignitatum, honorum, beneficiorum, & officiorum, donec &c. incapaces declarentur.

*Non beneficiatis;* juxta delictorum qualitatem, examinandi ab Ordinario, carceris, suspensionis ab Ordine, inhabilitatis ad obtinenda beneficia, aliave poena, secundum sacros canones. *vid. c. an. dist. 32.*

Præter quas penas Papa Urbanus II. concubinas servituti addictæ permittit Principibus; ut tam ipsæ, quam per eas puniantur Clerici qui honore, bonis, & anima eas habent cariores.

Oriuntur ex his dubia quatuor. Primum, *an habeant locum poenæ à jure antiquo taxatæ;* Secundum, *an sint suspensi ipso jure;* Tertium, *an possint ipsæ concubinae excommunicari;* Quartum, *An cogant ipsos Clericos requiratur monitio trina.*

10 *Ad primum;* videtur quod sic: Quia Concilium in principio *cap. dicit, alioquin penis à Sacris canonibus vel statutis Ecclesiarum temporariis puniantur.* Ergo videntur hodie poenæ juris communis locum habere. prout in *tot. tit. de vita & hon. Cleric. & tot. tit. hoc. & c. si Clerici. c. de adulteriis. de judic.* Sed relictis disputationibus aliorum,

CORVINUS  
De Person. Ecclesiast.  
et Beneficiis

G



ad Gom. in cap. 1. de constit. in 6. à num. 35. & in c. statutum. 1. num. 92. rescript. in 6. dicimus, cum Zerola d. loco. dispositioni Concilii standum esse. Quia lex posterior correctoria, vel non correctoria prioris, vel in totum aufert legem priorem, Gom. d. loc. vel in partem, ut in Gloss. in d. c. statutum. verb. reformandum. vide Covar. in c. alma mater. 2. part. initio. §. 2. & 3. Dyn. in c. indultum. num. 8. de regul. jur. in 6. Gloss. in c. generi. & c. qui prior. eod. Navar. in c. pen. §. Sacerdos. num. 17. de penit. dist. 6. & quando uni delicto posita poenae multae, est imponenda mitior. Abbas in c. praterea. de usur. Qualis quae per Concilium posita. Navar. conf. 1. b. t.

Ad secundum; Primò videtur, quod sic, tribus in casibus. 1. Cum Iudicium per sententiam: 2. Propriam confessionem: 3. Rei voluntariam. c. fin. hic. can. nullus. can. prater. dist. 32. can. si qui sunt. dist. 81. Navar. cap. 25. num. 76. notab. 15. Sylvest. in verb. concubinaris. 14. & in verb. Missa 2. §. 3. Diaz. in pract. crim. can. cap. 73. Abb. in c. de. Sed nos sententiam requirimus cum voto 4. sent. dist. 1. qu. 5. art. 6. conclus. 1. & dist. 13. qu. un. art. 9. Covar. c. alma mater. part. 1. §. 1. num. 10. vers. 6. & in Clem. si furiosus. part. 1. §. 1. num. 5. Sylvest. in sum. verb. Missa. 2. §. 3. text. in c. suscitantibus. 15. qu. 8. & ibi Gloss. verb. suscitantibus. & Gloss. in d. c. nullus. verb. audiat. text. in c. tanta labes. & ibi Gloss. verb. omnes de Simonia. Navar. in c. 1. laboret. col. 2. de penit. dist. 1. aliusque citatis per Zerolam d. loco. vers. ad secundum.

Ad tertium; respondemus quod sic, per c. si concubina. de sent. excom. in 6. Gloss. in c. 2. hic. verb. canonic. siquidem sint contumaces vel in inobedientia perseverantes. c. 1. de sent. excom. in 6.

Ad quartum videtur respondendum affirmativè; quia c. 2. hic 13. dicit post primam, secundam, & tertiam admonitionem, & in Clem. & ibi Gloss. verbo tertia. de vita & honest. Cleric. tamen, cum Concilium Tridentinum loquatur simpliciter, dicens, Quodsi à Superioribus fuerit admonitum, &c. videtur etiam dicendum sufficere admonitionem primam. non procedatur ad censuras, nec ad beneficiorum privationem, nec ad administrationis suspensionem, sed ad fructuum partem tertiam. Zerola, d. loco. vers. ad quartum.

Olim etiam Clerici cum soluta fornicantis pena erat depositio, 14.

INUS  
SONUS  
Ecclesiast  
IV  
Z



non hodie: *sec. Guier. Canon. qu. lib. 2. cap. 7.* Nisi fornicationi ad  
adulterium, incestus, sacrilegium, matrimonium, Sodomia alium  
in signis deformitas. *Guier. d. loc. num. 55.*

Quæ tamen tum non imponenda, nisi crimen probetur testibus  
aliis, si in occulto revelat Superiori, puniuntur poena mitiori. *Guier. d. loco. numer. 56. cum 8. seqq.*

15 Quare Wesembec. *in parat. ad tit. ff. ad leg. Jul. de adult. negat.*  
caussa criminali sufficere reperiri solum & solam, nudum & nudum  
in lecto, *ut hab. c. literis. 12. de presump.* Lex Mosaiica *Levit. 11.*  
punienda adultera; dicit, *Si deprehensa fuerit in adulterio.* Unde  
ria Neapolitana absolvit fratrem cum sorore, etiam gravida, in lecto  
reperitum. *Riccus in praxi. decis. 686.*

16 Queritur, An Christianus, qui novit Clericum concubinarum  
vel fornicatorem, Missam ejus licite audire, vel ab eo Sacramentum  
percipere valeat? Id enim videtur vetare, *can. nullus. 5. dist. 32.* Sed  
dicendum *ex c. vestra. 7. c. ult. hoc tit.* quod, cum Clericus aut fornicari-  
byter fornicarius quoad se tantum sit suspensus; id est, fructum divinarum  
mysteriorum ac Sacramentorum non percipiat ad salutem suam  
non verò quoad alios; nequaquam vetari debeat in officio, quoad  
toleratur: Nè forte contingat aliquem ad spem infamiae nota, equali-  
betur bonus. *d. c. vestra. c. fin. hoc tit.* Quod si verò peccatum  
sit notorium, vitari debet; *d. can. nullus.* non quod divina Sacramenta  
quæ cunctarum cogitationum existunt purgatoria, & non ab hominibus  
sanctificationem, sed à Deo accipiunt, *can. non liceat. cum seq. 1. c. 1.*  
*can. fin. 15. qu. 8.* valeat polluere; sed ut peccandi licentia auferatur  
ceteris, & ipse, se videns ob fornicationem contemni, citius ad  
nitentiam trahatur fructum. *d. c. vestra.*

Quod si Clerici, à beneficio & Ordinum executione suspensi  
celebrare fuerint ausi, irregularitatem incurrunt, *quæ de re suo loco.*  
17 Clerici in actu confessionis sollicitantes ad turpia, de Fide  
suspecti, & contra eos, tanquam hæreticos procedendum, *sec. rescriptum*  
*Pii V. 16. April. 1561. quod refert Piafec. part. 2. cap. 4. num. 4.*  
*M. Ant. Gen. in princ. cap. 59.* Sodomite brachio debent traditi  
ut moriantur. *Pius V. in constit. Horrendum scelus. 1568. die 27.*

CORVINUS  
De Person. Ecclesiast.  
et Beneficentia

G



quod refert Novarr. in sum. Bullarii. tit. de Sodomia. super Bulla Pii  
7. pag. 365. cum seqq. Ansaldo. de jurisdiet. part. 4. tit. 5. cap. 2. num. 15.  
Clerici incontinentes, secundum Concilium Tridentinum d. 18  
sess. 25. de reform. cap. 14. corrigi ab Episcopis, tanquam Apostolica  
Sedis Delegatis, licet sint exempti, possunt. Zaf. in. comment. ad h.  
iii. in fin.

TITULUS XX.

De Visitatione ab Episcopis & Præla-  
tis facienda.

SUMMARI A.

1. Visitaciones cur insti- ralem.
2. Visitatio quid.
3. Visitandi potestatem qui
4. Archiepiscopi ubi visi-
5. An & quando una dia-
6. Episcopi quomodo visi-
7. An per vicarium Gene-
8. Quando potest Capitu-
9. Archidiaconi & Infe-
10. Ordinum Superiores.
11. Omnes visitare debent
12. Ecclesias, etiam Exem-
13. Seculares.
14. Monasteria &c. ubi
15. Bene-

L111

15. Bene-

Titulus  
Personis  
Ecclesiarum  
IV.  
Z